

ταξείδιον εἰς καλὴν κατάστασιν κατὰ τὴν ὁμολογίαν τοῦ πάτρωνος τοῦ ναυστάθμου. Ταῦτα δέον νὰ ἐξοπλισθῶσι καὶ τάχιστα νὰ ἀναχωρήσωσι. 1360, Ἰανουαρίου 8.

9

Ἐπὶ αἰτήσεως Μαρκεζίνης συζύγου Δομηνίκου Βενιέρη, διὰ τινὰ δίκην μεταξὺ αὐτῆς καὶ διαφόρων ἄλλων περὶ δικαιώματος τοῦ ἡμίσεως τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ τρίτου τοῦ πέμπτου (ἦτοι τοῦ $\frac{1}{6}$) τοῦ τιμαρίου Δαμάνια. 1360, Φεβρουαρίου 8.

F^o 49^{va} Millesimo trecentesimo LVIII, die XXVII Februarij.

- Capta. Cum pro parte Marchesine uxoris uiri nobilis Dominici Uenerio de Candida porecta fuerit quedam peticio Ducali dominacioni infrascripti tenoris Ducali magnificencie supplicatur pro parte Marchesine uxoris uiri nobilis Domi-
- 5 nici Uenerio de Candida et exponitur reuerenter quod jamdudum Petrus Mudacio Bicho quondam emerit a Bartholomeo Auonale quondam habitatore Candide medietatem quinte partis et tercie partis quinti unius seruientarie de Damania posite in insula nostre Crete que quidem medietas sibi scripta et catastichata fuerit in curia Candide de consensu Cretensis dominij cum onere repromisse
- 10 Amie uxoris dicti Bartholomei, qui quidem repromisse dictum pheudum erat et esse debebat pro securitate et pignore obligatum, ita tamen quod per cartam publicam inde factus, idem Bartholomeus Auonale promisit eidem Petro Mudacio quod si occasione dicte obligacionis aliquod damnum sibi occurreret, idem Bartholomeus sibi dare debebat yperpera L infra dies XV sub pena dupli prout in
- 15 carta inde facta distinctius continetur, post modum uero dictum pheudum deuenit in Jacobum de Zordano quondam sibi concessum et transactatum per eundem Petrum Mudacio cum modis et condicionibus suprascriptis quod quidem pheudum ipse Jacobus tenuit et possedit per annos multos. Post obitum autem dicti Jacobi et filiorum eius, dictum pheudum deuenire debebat in prefatam Marchesinam Uenerio propter quasdam condiciones insertas in testamento Marci et
- 20 Eccelini de Zordano filiorum ipsius, tunc uero pendente iam questione, quam ipsa Marchesina faciebat in curia nostra Crete de predictis bonis et alijs sibi spectantibus, idem Bartholomeus Auonale presentauit dominio cartam dijudicatus factam pro dote uxoris sue predicte petens yperpera centum uel circa pro residuo
- 25 dicte dotis et uigore dicti iudicatus, uendi fecit per dominium ad incantum totam partem pheudi antedicti que per dominium ad incantum publicum uendita et deliberata fuerit Johanni Gradonico nomine commissarij dicti quondam Jacobi de Zordano pro yperperis CXI que habuit. Et respondit predictus Bartholomeus Auonale in quem deuenire debebant pecunie dicte dotis quod ipse fecit indebite
- 30 et iniuste ocultans cartam promissionis iamdicte per quam ipse tenebatur conseruare indempnem eundem Jacobum de Zordano, qui in hac parte represen-



tabat partem Petri Mudacio suprascriptam que quidem carta tunc ignota erat
furnitricibus testamenti dicti quondam Jacobi de Zordano ac etiam Marchesine
predicte, deinde furnitrices fuerunt contente quod dictum pheudnm scriberetur
eidem Johanni Gradonico et esset suum pro dictis yperperis CXI, quod fecisse 35
non poterant in damnum dicti commissarij et in preiudicium dicte Marchesine
Uenerio cui dicta bona spectabant, tum quia illud pheudum erat et est ualoris
yperperis v centum et ultra, tum etiam quia indebite fuit uenditum, ut prefer-
tur, nam licet deliberatum fuerit ad incantum pro minori precio tamen id factum
fuerit quoniam dictus Johannes Gradonico dabat intelligi alijs uolentibus illud 40
emere, se illud uelle accipere nomine commissarie predicte, ita quod nemo illud
incantare uoluerit occasione predicta, ac etiam dominacio Crete sentiens quod
dictum pheudum emebatur nomine ipsius commissarij non habuit alium respec-
tum ulterius de ualore dicti pheudi, quod rursus renunciare debebat eidem com-
missario, cuius nomine fuit emptum, dummodo fieret solutio debita, pro quo fie- 45
bat uenditio antedicta et bene fuisset factum nisi postmodum subsecuta fuisset
translatio facta eidem Johanni Gradonico per furnitrices iam dictas, que licite
fieri non poterit, quoniam furnitrices nullam potestatem habebant alienandi pos-
sessionem prefatam emptam et aquisitam nomine furnitionis predictae in damnum
et preiuditium illorum quibus spectabat, unde prefata Marchesina postmodum 50
per sententiam inde latam, aquisiuit bona sibi spectantia de possessione et pheu-
dis Jacobi de Zordano predicti in quibus includi debebat etiam pheudum antedi-
ctum iam alienatum sicut predictur, deinde didicit subsequenter de promissione
predicta facta per ipsum Bartholomeum Auonale per cartam publicam de con-
seruando indempnem prefatum Petrum Mudacio de premissis, et uolens ipsa pro- 55
sequi jura in curia uestra Crete subuentionem ibi habere non potuit quoniam
alienacio et catasticacio facta eidem Johanni Gradonico ordinata erat per pro-
cessus rectorum tunc existencium in regimine uestro Crete, qua propter ducali
benignitati humiliter supplicatur reuerenter pro parte Marchesine suprascripte,
quatenus considerata uenditione predicta procurata per eundem Bartholomeum 60
Auonale tacita ueritate et attenta alienatione eidem Johanni Gradonico facta per
furnitrices contra usum et iusticiam maximam, quia uxor dicti Johannis Grado-
nico est una de furnitricibus antedictae dignetur uestra magnificentia sibi reme-
diabiliter subuenire et prouidere, quod non obstante catasticacione facta eidem
Johanni Gradonico de pheudo supradicto audiri possint jura dicte Marchesine 65
per regimen uestrum Crete et fieri ac terminari prout fuerit ius et iustum, et
quod de hijs fiant Ducales littere destinande regimini antedicto, ut jura sua inde-
bite occupata recuperare ualeat et habere. Uadit pars examinata petitione pre-

- dicta ac litteris duche et consiliariorum Crete nec non testificationibus et alle-
 70 gationibus partium, quas tangit negotium, per ipsos ducham et consiliarios nobis
 missis et responsione aliquorum nostrorum nobilium olim duche Crete ad con-
 tento in petitione predicta. Committatur duche et consiliarijs Crete et eorum
 successoribus quod non obstante catasticatione predicta possint audire dictam
 Marchesinam et alios quibus spectaret factum predictum et facere quidquid sibi
 75 iustum uidebitur superinde.

10

Διατάσσεται ἀνάκρισις πρὸς ἐξακρίβωσιν ὑπὸ ποίου κατέχονται τὰ ληφθέντα χρήματα καὶ ἄλλα ἐκ
 Σαρακηνικοῦ πλοίου συλληφθέντος ὑπὸ τῶν κατέργων Κρήτης. Ὑποδεικνύονται οἱ σοπρακόμιτες
 καὶ ζητεῖται ἡ κατάσχεσις πραγμάτων καὶ χρημάτων, τὰ ὅποια, ἀφ' οὗ παραδοθῶσιν εἰς τοὺς
 ἐκτάκτους προνοητὰς νὰ διανεμηθῶσι μεταξὺ διαφόρων κατ' ἴσας μερίδας. Ἐπίσης ἐὰν ὑπάρχωσι
 καὶ ἄλλοι ζημιωθέντες νὰ ἀναφέρωσι τοῦτο. 1360, Μαρτίου 14.

F^o 52^{to} Millesimo trecentesimo LX, die XIII Martij.

- Capta. Quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod debeant per omnem
 modum inquirere in quorum manibus sunt de bonis illius coche Saracenorum,
 olim capte per nostras galeas Crete uel pecunia habita ex eis, quarum galearum
 5 fuerunt supracomiti, nobili uiri ser Petrus Justiniano, Jacobus Delphino, Baldu-
 tius Quirino, Moretus Gissi, Johannes Diedo et Moyses Justiniano, et quam cito
 fieri poterit debeant excutere quicquid poterit inuenire de dictis bonis uel pecu-
 nia habita ex eis, et mittere ad manus extraordinariorum nostrorum. Et si aliquid
 defficeret ibi ad exigendum debeant nobis denotare ordinate a quibus debet ex-
 10 cuti et quantum, ut dehinc possit excuti, quibus extraordinarijs committatur quod
 recepta dicta pecunia debeant ipsam partiri inter dictos ser Marinum Micaelem
 et ser Marcum Duodo et alios qui haberent similem condicionem per soldum et
 per libram, parciendo solum in capitali et non in interesse sicut consulunt pro-
 uisores communis et ser Marinus Mauroceno, olim ducha Crete accipientibus
 15 ipsis extraordinarijs plezariam idoneam a predictis de dicta pecunia quando
 dabunt ipsam quod si aliquo tempore per aliquos peteretur nostro communi quod
 erunt pagatores et responsores ita quod propterea nostrum commune non pacia-
 tur damnum. Et scribatur duche et consiliarijs Crete quod si ibi essent aliqui qui
 similiter habuissent damnum debeant nobis significare ordinate ut ponatur ad
 20 dictam conditionem et si consilium etc.

Millesimo trecentesimo LVIII, penultimo Decembris fuit posita dicta pars
 et fuerunt de parte 14-14 non 2-1 non sincere 24-24.

- Millesimo trecentesimo LX, XV Martij fuit iterum posita et capta, nam fue-
 24 runt de parte 51 de non 0 non sincere 9.

